Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

in adiutorio altissimi in protectione dei celi commorabit. Gr. Angelis suis mandauit de te ut custodiant te in omnibus uiis tuis. ℣ In manibus portabunt te ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum. Tr. Qui habitat in adiutorio altissimi in protectione dei celi commorabitur. ℣ Dicet domino suscceptor meus es et refugium meum ds meus sperabo in eum. ℣ Quoniam ipse liberauit me de laqueo uenantium et a uerbo aspero. ℣ Scapulis suis obumbrabit tibi et sub pennis eius sperabis. ℣ Scuto circumdabit te ueritas eius non timebis a timore nocturno. ℣ A sagitta uolante per diem a negocio perambulante in tenebris a ruina et demonio meridiano. ℣ Cadent a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis tibi autem non appropinquabit. Quoniam angelis suis mandauit de te ut custodiant te in omnibus uiis tuis. ℣ In manibus portabunt te ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum. ℣ Super aspidem et basiliscum ambulabis et conculcabis leonem et draconem. ℣ Quoniam in me sperauit liberabo eum protegam eum quoniam cognouit nomen meum. ℣ Inuocauit me et ego exaudiam eum cum ipso sum in tribulatione. ℣ Eripiam eum et glificabo eum longitudine dierum adimplebo eum et ostendam illi salutare meum. off. Scapulis suis obumbrabit tibi dominus et sub pennis eius sperabis scuto circumdabit te ueritas eius. com. Scapulis suis obumbrabit tibi et sub pennis eius sperabis scuto circumdabit te ueritas eius.

Oculi seruorum in manibus dominorum suorum. Feria. uj. Oculi nri ad dominum deum nrorum donec misereatur nri miserere nobis domine miserere nobis. ps. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis. Gr. Protector noster aspice ds et respice super seruos tuos. ℣ Domine deus uirtutum exaudi preces seruorum tuorum. Tr. Domine non secundum peccata. off. Reuela oculos meos et considerabo mirabilia tua dne ut doceas me iustitiam tuam da mihi intellectum ut discam mandata tua. co. Voce mea ad dnm clamauit et exaudiuit me de monte scto suo non timebo milia populi circumdantis me. Feria. uj. Domine refugium factus es nobis a generatione et progenie a